

num. 17. p. 301. putat: hoc relinqvendum esse arbitrio Judicis. Sed vix opus est, ut eò usqve progrediamur; Nam (1) Verba ista tam in bonam quam in malam partem accipi possunt, nempe quod quis vel viâ Juris suam causam contra alterum deducere & ita justè vindicare; vel quod quis pprivatâ autoritate se ulcisci velit. Ubi autem verba dubia in utramque partem accipi possunt, semper in bonam partem interpretatio facienda est, adeoque in præsentem casu vindicta illa accipienda est, quæ institui potest autoritate Judicis, utpote quæ licita est. Anton. Hering. c. 5. n. 188. p. 70. de Fidejussor. (2) Verba illa minantia non sonant in publicum, nec exinde toti civitati expectanda sunt hostilia, sed saltem privatum quendam concernunt; proinde nisi aliud quippiam accesserit, hæcenus vim diffidationis continere nequeunt, ut ita pœna gladii in tali casu merito cesset.

ARTIC. CXXX.

De homicidiis: quorum alia atrocitatem in se habent; nonnulla leviora sunt: ob quædam etiam pœna nulla irrogatur. Ac primum de venenariis, eorumq; pœna.

Folgen etliche böse Tödtung/und von Straff derselbigen Thäter.
Und erstlich/ von Straff derer/ die mit Giffte / oder Venen/
heimlich vergeben.

WEr jemand durch Giffte/ oder Venen an Leib / oder Leben beschädiget / Ist ein Mannsbild / der sol einem fürgesetzten Mörder gleich mit dem Rad zum Tod gestrafft werden. Thät aber ein solche Missethat ein Weibsbild / die sol man extrencken / oder in ander Weg / nach Gelegenheit / vom Leben zum Todt richten. Doch zu mehrer Furcht andern / sollen solche böshafftige / mißthätige Personen vor der endlichen Todstraff geschleiffet / oder etliche Griff in ihre Leib mit glüenden Zangen gegeben werden / viel oder wenig / nach Ermessung der Personen und Tödtung / wie von Mord deshalb gesetzt ist.

AD ARTIC. CXXX.

ARGUMENTUM.

Qui alterum veneno occidit, vel ejus corpori nocet, si vir fuerit, tanquam latro rotâ puniri: sin verò femina fuerit aquis submergi, vel alia ratione,